

Certamen Carolinum 2011

KLAUSUR IN LATEINISCH

Blatt 1

Plagiatsvorwürfe in der Antike

Nach dem Vorbild der Sportwettkämpfe in Olympia und als Werbemaßnahme für seine eben in Alexandria erbaute Bibliothek richtete König Ptolemäus einen musischen Wettkampf in verschiedenen Disziplinen ein.

Cum ludi adessent, iudices litterati, qui ea probarent, erant legendi. Rex, cum
2 iam sex civitatis lectos habuisset nec tam cito septimum idoneum inveniret,
rettulit ad eos, qui supra bibliothecam fuerunt, et quaesivit, si quem
4 novissent ad id expeditum. Tunc ei dixerunt esse quendam Aristophanem,
qui summo studio summaque diligentia cottidie omnes libros ex ordine
6 perlegeret.

Itaque conventu ludorum, cum secretae sedes iudicibus essent distributae,
8 Aristophanes cum ceteris citatus, quemadmodum fuerat locus ei designatus,
sedit. Primo poetarum ordine ad certationem inducto cum recitarentur
10 scripta, populus cunctus significando monebat iudices, quod probarent.
Itaque, cum ab singulis sententiae sunt rogatae, sex una dixerunt, et, quem
12 maxime animadverterunt multitudini placuisse, ei primum praemium,
insequenti secundum tribuerunt. Aristophanes vero, cum ab eo sententia
14 rogaretur, eum primum renuntiari iussit, qui minime populo placuisset. Cum
autem rex et universi vehementer indignarentur, surrexit et rogando
16 impetravit, ut paterentur se dicere. Itaque silentio facto docuit unum ex his
eum esse poetam, ceteros aliena recitavisse; oportere autem iudicantes non
18 furta, sed scripta probare. Admirante populo et rege dubitante, fretus
memoriae e certis armariis infinita volumina eduxit et ea cum recitatis
20 conferendo coegit ipsos furatos de se confiteri. Itaque rex iussit cum his agi
furti condemnatosque cum ignominia dimisit, Aristophanem vero
22 amplissimis muneribus ornavit et supra bibliothecam constituit.

Certamen Carolinum 2011

KLAUSUR IN LATEINISCH

Blatt 2

Zeile	
1	ea: gemeint sind die Wettkämpfe legendi: = eligendi
2	lectos: = electos (<i>ergänze:</i> viros)
3	referre, refero, rettuli ad aliquem: sich wenden an jemanden ad eos, qui supra bibliothecam fuerunt: an diejenigen, die für die Bibliothek verantwortlich waren; an die Bibliothekare
4	expeditus, a, um: <i>hier:</i> geeignet
5	ex ordine: der Reihe nach
7	conventu ludorum: als man zu den Spielen zusammengekommen war
8	citare: herbeirufen locum alicui designare: jemandem einen Platz zuweisen
9	ordo, ordinis m: die Reihe (<i>Der Wettkampf begann mit den Dichtern.</i>)
10	monere aliquem aliquid: <i>hier:</i> jemanden aufmerksam machen auf etwas quod probarent: <i>ergänze vor dem quod-Satz:</i> id
11	una dicere: übereinstimmen
14	renuntiare (<i>mit doppeltem Akkusativ</i>): jemanden erklären zu
16	unum: <i>hier prädikativ:</i> als einziger
18	fretus, a, um (<i>mit Dativ</i>): im Vertrauen auf
20	ipso: <i>Subjektsakkusativ zu furatos (esse)</i> furatos: <i>ergänze:</i> esse; <i>Infinitiv Perfekt zu furari, furor, furatus sum:</i> stehlen
20-21	agere cum aliquo alicuius rei: jemanden einer Sache anklagen